



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Dialysis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Cyprian, de cum nominibus. vt, [spirare ventos, fontes
hinc pati-
ontia. flueie, grandescere copias messium, fructus
mitescere vinearum, exuberare pomis arbu-
sta, nemora frondescere, prata florere. Et ver-
sus ille Licentij de Proteo ad D. Augustinum,
quam tersus est,

Spirat aper fluit vnda fremis leo sibilat anguis.

Diallage.

Improprio nomine dicitur Instantia *visas*:
tractus est pot. us orationis, quam figura.

Diallelon.

Ἀλλήλων est sententiarum reciprocatio, com-
mutationi similis. Vt, inter pueros senex, inter
senes puer. idem Enagonion, & *χρισόν*,

Dialogismus.

Hæc ita fit, cum quis secum disputat, & volu-
tat, quid agat, vel quid agendum putet. Apud
Terent. Quid igitur faciam? Virg.

*En quid agō? rursusne precos irrisa prioras
Experiar?*

Cicero pro Cluentio, dein iudicibus? mihi
igitur nihil quaeretur. In Verrinarum libr. 1. Si
populo redimitur, mihi præda de manibus e-
ripitur. Quod est igitur remedium? quod?

Dialysis.

Hoc Schema contrarium est Polysyntheto.

P. Rutil. p. 5. Nam demptis omnibus articulis sententiæ
Alymbeton. diuisæ pronuntiantur. Daphnidius, Quid au-
tem me conuenit facere Byzantij? subire pub-
licæ causæ iudicium, magno nomini aduer-
sariorum fortiter resistere, non veteri pericu-
lum, diligenter posteritatis * crescere, non
minas extimescere, constanter in causâ pro
vobis perseuerare? omnia feci, vestrum com-
mune commodum spectans: tamen non de-
sunt, qui ex tantis meis officijs aliquid velint
vituperare. Item *Lysia*, Omnibus in rebus
suam confidentiam ostentabat: debitum pete-
bamus: non dissoluebat, minabamur: contem-
nebat. lex nihil valebat: magistratus negligebat.
Venit hoc tamen nobis nouissimè tempus
vltiscendi.

Dianœa

Hæc figura fit propriè, cum præponitur non
id, quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius,
Dolabella autem, quemadmodum homines
nobiles decet, vltisci iniuriam fortissimè
perseuerat. Virg. Furor arma ministrat. Ap-
plicatur huic figuræ etiam christia sententia
necessaria. Vt Cato in Thermum post cen-
suram. [Qui ventrem suum, non pro hoste
habet, qui pro Republ. non pro sua obso-
nat: qui stultè spondet, qui cupidè ædificat.]

Diaphora.

Hoc Schema cum verbum iteratum, aliam
sententiam significat, ac significauit, primò
dictum. Id est huiusmodi. Hunc tu, frater,
eiusdem sanguinis particeps, in hac fortuna
deserere potuisti: cuius ærummæ quemuis
extraneorum hominem, modò hominem,
commouere possent? Item, In vniuersum
mulierem, quid potius dicam, aut verius,
quam mulierem. Eadem est cum traducti-
one.

Diaporesis.

Addubitatio. Hac vtimur, cum propter res
aliquas volumus videri dubitare, & quasi ab
ipsis iudicibus consilium capere, quo potissi-
mum genere orationis vtamur. Quale est pro
Cluentio proœmium: Equidem, quo me ver-
tam, iudices, nescio: negem fuisse illam
rem, &c. Item, pro Cornelio: Pugnam a-
pertè contra nobilissimorum hominum vo-
luntates? studia, consilia, cogitationes que e-
orum aperiam? &c. quæ quasi dubitans, an sibi
facienda sint, dicit. Vide in Aporia.

Diascena.

Apud Hermogen. libr. 3. de Iau. eadem cum
διασένη

Diasyrmus.

Hæc figura fit, cum rem aliquam, aut perso-
nam eleuamus. Vt apud Tullium. Est adhuc
(quod admirari vos video) non Verres, sed
Quintus Mutius. Et in eodem. Sed repente è
vestigio, ex homine, tanquam ex aliquo Cir-
ceo poculo; factus est Verres: redit ad se,
atque ad mores suos. Et alibi, Quid ad hæc
Næuius? Rider, scilicet nostram amentiam,
qui in vita sua rationem summi officij desi-
deremus, & instituta bonorum virorum re-
quiramus.

Diasyrmus, eleuatio, vel irrisio. Ea figu-
ra est, qua ludentes, quæ dicuntur ab ad-
uersarijs, dissoluimus. Qualis est ille lo-
cus pro Muræna in Sulpitium, totus de iure
ciuili.

Diatypsis.

Descriptio, vel *deformatio*, vbi rebus dere-
lictis, personarum, & formas ipsas, & habi-
tus describimus, & exprimimus, vt Tulli-
us hoc modo: Ponite ante oculos vobis
Rullum, in Ponto, inter vestra, atque hostium
castra, hasta posita cum suis formosis finito-
ribus auctionantem. Item, plenius pro Mi-
videretis: tamen apparet, vter esset infid-
dro.

P p 3 101.